3078 [=5437] Sulmone in claustro ecclesiae S. Pamphili minorum observantium; infra sequitur medii aevi titulus.

C · CAESARI · AVGVSTI *f*
PO*n*T · COS · PRI*n*CI*p*I
IVENTVTIS

Descripserunt Antinorius et amicus eius.
C·CAESAR·AVGVSTI' | PC IIC·OSI'KI'CIM | IVE·NT·VTIS Ant.; C·CAESARI·AVGVSTO | PC'T COS·VRBI-CIII | TVE·NT·VIIS amicus.

3079 inter Sulmonenses.

C · L V C C E *i* O
C A M A R T I
P R *a* E T O R I · T R I B
P *le* B E I · Q V *a* E S T O R I
C · P O N T *i* V S
P A V L I N V S · COS
AMICVS · ARAM · CVM
gr A D I B V S L O *cauit*

Ciofanus apud Manutium cod. Vat. 5237 f. 69'.
1 LVCCELO, 3 PRETORI, 4 PIBBEI QVESTORI, 5 PONTEVS traduntur. In fine desiderantur quaedam charta lacerata; in eodem versu quae sequuntur vestigia FLI, ex titulo alio videntur superesse.
Pontius Paulinus cos. redit in Formiana I. R. N. 4090.

3080 lapis magnus litteris pulcherrimis antiquioribus. Entrodacquae in area domus Alexandri d' Erasmo.

L · STAIO · SEX · F
MVRCO

Dressel descripsit.
Intellegitur omnino is qui a. u. c. 710 Syriacas legiones C. Cassio tradidit, dictus, scilicet si codices sequimur, *Staius* Velleio 2, 69. 77, *Status* Ciceroni Phil. 11, 12, 30, *Statius* Caesari b. c. 3, 15 et Dioni 47, 27. 28. 48, 19, *Sextius* Appiano 3, 77. 4, 58. Mihi dubium non est verum servavisse Velleium, in reliquis aut librarios peccasse aut ipsos auctores. Patris nomen adhuc ignorabatur.

3081 inter Sulmonenses.

D · M · S
L · F L A C C E I O
S A T V R N I N O
MILITI · COH · PR · VI
VIX · ANN · XXIIII · M · I
P ... · TITIVS · PROCV*i*VS
FILIO · PIENTISSIM
ET · FLACCEIA · SATVR
N I N A · F R A T R I
P

Ciofanus apud Manutium cod. Vat. 5237 f. 95 (inde Fabretti 136, 116 ex schedis Lilii, ut ait, Vaticanis).
6 PROCVVS traditur.

3082 [=5442] in castro Interaqua in agro Sulmonensi RED. — Sine loco MONTF.; Puteolis MVR. PRAT.

L · OVIDIO · L · F · SER
V E N T R I O N I · T R
MIL · PRAEF · FABRVM
IIII · VIR · I · D · IIII · VIR
QVINQ
PRIMA · L · DE · SVO · F
H V N C · P R I M V M
O M N I S · O R · M V N I
I N · L O C · P V B · I N
T V L I T · E T · S E P
CVRAVIT

Duo exempla extant Rediani libri f. 178 (inde Gudius 134, 6; Donius 5, 228; Mur. 839, 2 ex ms. ant.; di Pietro p. 36 n. 7 ex Donio) et Montfauconii scriptum in schedula olim solitaria cod. 1293 f. 123 (inde Mur. 1115, 7 a Bimardo; Pratilli App. p. 197 ex Mur.). Orelli 3856.
Versus divisi ad Montfauconium; nam Redianus continuat. — 6 FECIT, 8 ORDO·MVNICIPVM, 9 LOCVM PVBLICVM, 10 SEPELIVNDVM Red.

3083 [=5444] Sulmone.

D · SEVERIO · D · F
PAL · SEVERO · AED
IIII · VIR · I · D · PRAEF · PRAE
SIDIORVM · ET · MONTIS · BERONICES
S C R I B A E · Q V A E S T O R I O
DECIMIA · PROPOSIS · MARITO
OPTIMO

De Matteis ms., unde exscripsimus et ego et Antinorius et di Pietro p. 37 n. 9. Item ab hoc traxit Lupoli inscr. Corf. ed. 2 p. 374, quamquam addit 'exscripsit canonicus Guerrerius Sulmonensis [scil. ex cod. de Matteis, cf. Lupoli p. 376], sed pro Q· legerat D· contra lapidis fidem.' Eiusmodi fraudes Lupolo solitae sunt. Henzen 6941.
1 Q·SEVERIO·Q·F Lup., vide supra. — 5 SCRIBE di Pietro Lup. — 6 DECIMA di Pietro Lup.

3084 [=5438] rep. nuper in agro regalis abbatiae PP. Caelestinorum in loco qui dicitur *Ponte della Torre* DI PIETRO.

P · AELIO · AGAPETO
IIII · VIRO · AEDILI · IIII · VIRO · I · D
QVI · VIXIT · ANN · XXXII · INNOCENTSS
RVFINA · QVINTA · MARITO
B · M · P

Di Pietro n. 18 p. 41, unde habuisse videtur Lupoli inscr. Corf. ed. 2 p. 373.
3 di Pietro TSS, quod correxit ipse in exemplari suo. — 4 malim RVTILIA.

3085 [=5364] in S. Spiritu PED.

C · ALFIVS · T
F · MAXIMVS
DESIGN

Pedemontius apud Victorium f. 92'.

3086 [=5440] Sulmone in aede S. Francisci in quodam altari IVC.

L · AVILLIO · L · F · SER · CRASSO
ANNORVM · XIII
L · AVILLIVS · SEX · F · SER · CRASSVS
IIII · VIR · I · D · PATER · FILIO · ET
VETTIAE · L · F · SECVNDAE · VXORI

Iucundus f. 206 (inde Donius 5, 143 ex ms. antiquo; Mur. 679, 2 ex schedis Ambrosianis [in quibus ego non repperi] et Donio); Phoebonius apud Gudium ms. 643, 3, ed. 115, 2; de Matteis ms. (inde Bernardinus de Pacentro misit Pollidoro a. 1742; Lupoli inscr. Corf. ed. 1 p. 193, ed. 2 p. 376; di Pietro n. 14 p. 40)
1. 3 GRASS- Matt. — 5 VITTAE Phoeb.

3087 [=5434] litteris pulchris vetustisque Sulmone in ecclesia cathedrali *dietro la tribuna*.

CAEIDIA T F
SACERDOS
CERERIS
ET · VENERIS

Descripsi ego, recognovit Dressel. Torcia *itin. Pel.* p. 65 (inde di Pietro p. 45' n. 21); di Pietro p. 44 n. 20; Lupoli p. 365. Henzen 5981.
1 non fuit CALIDIA, ut opinatus est Henzenus, sed vere CAEIDIA pro *Caedia* (cf. n. 3092 v. 7), ut alibi legitur *Caeicilius*.

3088 [=5441] tabula lata palm. $3^1/_4$, alta p. 5 TORCIA. A Collangelo Scannum delata M p. inde distans PHOEB. Scanni ad portam ecclesiae S. Io. Baptistae TORCIA TANTVRRI DRESSEL.

C · GAIDIO · L · F
S · SER · PRAESENTI
ANN · XXXIIX
D E C V R I O
P R I M V S · A
B E T I F V L O sic

Recognovit Dressel. Phoebonius apud Gudium ms. 254, 2, ed. 126, 4 et hist. Mars. p. 112 (inde male Mur. 704, 7); Torcia *Analisi ragionata* Iul. 1793 p. 68 et *itin. Peligno* p. 123; Ios. Tanturri apud Cirellium p. 107; Paschalis Sandonato misit Instituto a. 1855.
2 S prior eminens vix pars est tituli; puto errore incisam esse et sub tectorio absconditam. — 6 BETIFVLO Dressel Sandon. Torc. Phoeb. (Gud.), BENTIFVLO Phoeb. (ed.); unde 'aliud eius tituli exemplum' apud Pollidorum hist. Frent. ms. f. 44 dicitur habere BEN·TITVL·PO. Qui scripsit hoc videtur significare voluisse ex pago Betifulo dicto in ordinem Sulmonensium hunc primum pervenisse.

6317 columna ornata capitibus muliebribus et bucraniis et corollis. Teate rep. a. 1880 metr. CCL extra portam S. Annae.

L · TREBIVS · L · L
PHARVS
IPHIDI · MATRI
P

Fiorellius a. 1881 ectypum misit ediditque *Notizie degli scavi* 1881 p. 295. Misit etiam Bruzza descriptam ab amico. Edidit item Lanzellotti (cf. n. 6316) p. 7.

6318 parva columna fracta. Chieti rep. cum n. 6317.

IPSE · PA*ter infelicissimus*
SCVLPSI · PVER*o*
QVI MISER IN PISCINA *periit*
VIXIT · ANNIS · III · MENS VI

Ectypum misit Fiorellius ediditque *Notizie degli scavi* 1881 p. 295. Edidit item Lanzellotti (cf. n. 6316) p. 10.

REGIONIS ITALIAE QVARTAE PARS QVARTA.

PAELIGNI.

LXVIII. SVLMO (p. 290).

ad n. 3080. Postquam illa pagina typis impressa est, edidit Ant. de Nino apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 298, errore legens STATIO pro STAIO. Emendaverunt Dressel *Bull. dell' Inst.* 1879 p. 224 et ipse Ninus *Notizie* 1879 p. 207.

ad n. 3081. Ex codice Vaticano citato edidit Malvasia p. 227. 427; inde Mur. 815, 1 collocans Romae.

6319 tabella aenea, in qua basis cernitur cum superposito capite arietis, rep. in agro Sulmonensi, iam Romae apud negotiatorem rerum antiquarum Pannelli.

o o o
SEX · TETTIVS · T · F
T · ANNIVS · T · F
L · TATTIVS · L · F
P · STATIANIVS · P · F
caput arietis
o o o

Bruzza vidit misitque per Stevensonium.

Tabula quamquam Bruzzae dubia visa non est nec nomina scrupulum movent, ipse vir doctus non sine causa monuit cavendum esse a fraude propter originem tabernariam.

6320 in agro Introdacquae $1/2$ chiliom. a loco q. d. *Piè Tassito.*

D · M
C · AVL · LIO ·
A · MA · RAN · TO · F
A · MA · RANTVS ·
PATER
NOMINE · CVL · TO
GENI
BRIT · TI · CORDI

A. de Nino apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1881 p. 144.

D(is) m(anibus). C. Aullio Amaranto f(ilio) Amarantus pater nomine culto(rum) geni Britti Cordi.

6321 prope Sulmonem *alla contrada Forma chiorta* in aedibus Serafini.

D
M A T *ia? ru*
F A C L *uicto?*
R I C O*niugi*
D V L C I S*simo*
QVI · VIX*it ann*
XVIII DIE*b* . .
B M F

A. de Nino apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1881 p. 144.

LXX. CORFINIVM (p. 296).

ad p. 297. Nuper accessit tertius titulus similis repertus Pentimae, editus ab Ant. de Nino apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1879 p. 224:

PES · PROS · ECVF · INCVBAT
CASNAR · OISA · AETATE
C · ANAES · SOLOIS · DES · FORTE
FABER